
Positiones juris civilis et canonici.

Numéro d'inventaire : 1979.23983

Auteur(s) : Louis de Bellemare

Type de document : affiche

Éditeur : non renseigné (Caen)

Imprimeur : Cavelier; Pyron

Période de création : 2e quart 18e siècle

Date de création : 1732

Description : Une feuille de papier vergé filigrané. Texte imprimé. La feuille est tachée en plusieurs endroits. Des déchirures et perforations sur les bords.

Mesures : hauteur : 445 mm ; largeur : 334 mm

Notes : Affiche annonçant les thèses de droit civil et de droit canon que doit soutenir, pour l'obtention de la licence, Louis de Bellemare, à l'école de droit canon à Caen, le samedi 12 juillet 1732. Les thèses de droit civil traitent des donations. Les thèses de droit canon portent sur les fêtes religieuses.

Mots-clés : Affiches de thèses et d'exercices publics

Filière : Université

Niveau : Supérieur

Autres descriptions : Langue : Français

Nombre de pages : 1

DEO OPT. MAX.
POSITIONES
JURIS CIVILIS ET CANONICI
PUBLICIS AGITANDÆ DISPUTATIONIBUS
IN SCHOLIS JURIUM ACADEMIÆ CADOMENSIS
PRO LICENTIATUS GRADU CONSEQUENDO.

Ad Legem 1. Cod. De Donationibus.

I.
DONATIO est liberalitas, quæ nullo jure cogente exercetur. Ejus duplex species, alia quæ inter vivos, alia quæ mortis causâ fit.

II.
DONATIO inter vivos, cum quis ita rem dat ut statim velit accipientis fieri, nec ullo casu ad se reverti: hæc vera & propria donatio est.

III.
MORTIS causâ donatio est, quæ fit ob metum mortis, vel cogitationem mortalitatis, cum quis mavult se rem habere, quam donatum, sed hunc magis, quam heredem.

IV.
PRÆCIPUA inter utraque differentia est, quod donatio inter vivos statim perfecta sit, & dominium rei in donatarium transferat; unde temere revocari non potest, id est, non nisi certis ex causis in jure expressis.

V.
AT effectus donationis causâ mortis pender ex morte donatoris. Interim pro arbitrio revocari potest; evanescit, si convalescit donator, si præmoritur donatarius; quippe legatis penè in omnibus similiis est.

VI.
DONATIO jure veteri non perficiebat nisi traditione rei donata: est enim simul & modus & causa acquirendi dominii. Requiritur etiam ut accipiatur à donatario, cum res tradi & conferri nisi in accipiente non possit.

VII.
POSTEA constituit D. Pius, ut sine traditione, sine stipulatione donatione inter conjunctas personas facta nudo consensu valeret. Conjunctæ personæ sunt parentes & liberi.

VIII.
JUS illud Justinianus ad omnes personas sine discrimine produxit & constituit, ut ad exemplum venditionis ex donatione nudo pacto facta incombatur donatori necessitas rei tradendæ.

IX.
QUOD tamen ita intelligendum, ut ex ejusmodi donatione actio tantum competit in donatorem, condicione ex lege, quæ compellatur ad traditionem, non ut dominium rei acquiratur; quod non nisi tradita & quæsi potest.

X.
DUPLEX autem species traditionis distinguitur; alia vera & corporalis, alia ficta, quæ fieri interveniente aliquo symbolo, signo intelligitur. Hæc sufficit ad perfectionem donationis.

XI.
PROPONITUR hic species fictæ traditionis, quæ donatio mancipiorum completa, traditio fictæ intelligitur, traditis instrumentis emptiōnis, corum, ita ut donatario competit actio in rem adversus donatorem.

XII.
NEC rei presentiam exigimus, ut instrumentum detar re praesenti. Sic generaliter tradito, donato, legato, redditio instrumento, nomine, res, quæ in eo coninetur, tradita, donata, remissa censemur.

Ad Cap. 3. Extra. De Feriis.

I.
FERIE sunt dies religioni & cultui divino dicati. In his præcipuus est dies Dominicus; adiecti sunt ab Ecclesia Natalitii Martyrum.

II.
HOS omnes cum veneratione observare Christiani debent, orantes, sed ut Christianos decet.

III.
In his igitur abstinendum ab omni opere servili, mercionis, placitis, (ait cap. 1. h. 5. verbo Gallico) id est, judicis, litibus.

De his, Deo favente, Respondebit LUDOVICUS ANTONIUS PASCHALIS DE BELLEMARE, DE NEUVILLE, Lexoviensis, Baccalaureus, in Schola Juris Canonici, die Sabbathi. 12. Julii an. Dom. 1732. hora 7a matutina.

Arbiter erit & Praeses D. NICOLAUS ANNÆUS JOLIVET, Antecessor.

CADOMI, Apud ANTONIUM CAYELIER, Et JOANNEM CLAUDIUM PYRON, Universitatis Typographos.